ſub literis אִיתן habent hiric magnũ, & ſecundo loco -, vt יִשַׁן. In ſecunda coniugatione י mutatur in ו cum hólem per totum prętеritum & participium, vt נוֹרַע נוֹרַעְתָּ. In reliquis ו fit conſonans, vt in infinito, & imperatiuo, vt הִוָּרַע בְּהִוָּרַע vbiq; ה cum hiric, ו cum daghes, ſub ו vero - ſicut in verbis perfectis. Literæ אִיתן habent hiric Daghes ſequente in ו. Secundum punctum ֵ, ſicut in perfectis. Tertia & quarta coniugatione non abiiciunt י propter daghés characteriſticon illarum coniugationũ. dicimus enim יַדֵּע, & in quarta יֻדַּע. Quinta coniugatione vbiq; habent ו prętеrq̃ in actiuopaſſiuo, quod ſéper habet ו cũ ſurec in hac quĩta cõiugatione

iugatione verborum perfectorum &
imperfectorũ,præterq̃ in illis, quo-
rũ prima est נ, vbi necessariò habet
ו propter sequẽs daghẽs, vt הוֹשִׁיב
הוֹשַׁבְתָּ: Illa tamen quę diximus in
prima cõiugatione seruare י in futu-
ro, etiam hic seruant interdũ asscri-
ptũ, interdum latens in puncto ma-
gno, vt הֵיטִיב vel הֵטִיב. Idem fit in
infinito, imperatiuo, participio acti-
uo, & futuro, vbi litera ה, מ & איתן
eodem modo habent .. & secundum
punctum hiríc magnum, aut .., pro-
pter cognationem illorum puncto-
rum. Sexta coniugatione ה habet ו,
vt הוּרַע Similiter & illa, quorũ me-
dia est ו & illa quæ geminant secun-
dá, quare nihil hęc differũt in tertia
singulari,

ſingulari, ſed in reliquis perſonis illa quæ geminant ſecundam literam, habent ſecundo loco -, ſequente daghés, vt הוּסַב הוּסַבּוֹת Hæc vero, & quorũ media eſt ו nõ habent daghés, quia non abiiciunt ſecundá ſicut illa vt הוּרַע הוּרַעְתָּ. Septima coniugatio non differt à perfectis, niſi quod ſæpe י mutatur in ו conſonantem, vt הִתְוַדַּע pro הִתְיַדַּע.

Quorum media eſt ו

Verba quorum ſecunda thematis eſt ו, frequenter etiam in præterito ſub prima litera thematis, loco vaſ cum holem habent -, vt קָם pro קוֹם. In tertia plurali & tertia ſingulari fœm. genere manet -, in reliquis perſonis -: mutatur in - ſequente :. Inueniũtur

etiam

etiam quę habent ··, vt מֵת :dicimus itaq; בֵּן בֵּנְתָּ בֵּנְתִּי בָּנוּ . Participium masculinum simile est pręterito masculino. Et fœmininũ differt à præterito fœminino solo accentu, quem pręteritũ habet in penultima, & participium in vltima. Inuenitur etiam participium habere ··, vt מֵת מֵתִים nonnũq̃ etiam וֹ, vt טוֹב טוֹבִים Actiuopassiuũ, infinitum, & imperatiuũ, habent וּ vt בּוּן . Infinitũm & imperatiuum etiam habent וֹ . Literæ בכלם habent ferè semper ː, præter לְ, quod habet ִ, vt לָגוּר Gen. xii. Inuenitur etiam imperatiuum habere hiric magnum, vt לִינוּ Gen. xix. Literę איתן habent ִ, secundum punctum erit וּ sicut in imperatiuo, vt אָקוּם & in fine

Imperatiu⁹ ille de quo loquitur, nõ est huius cõiugationis, sed quintæ.

ne verſus holem ו ,& extra finẽ verſus cum ו mutante futurũ in præteritum ֶ breue, vt וַיָּקָם , & accentus feré eſt in penultima. Idem fit ſi ſequat̃ dictio monoſyllaba, vt יֵשֶׁב נָא ii.Reg.xix. Coniugatio paſſiua habet ſub נ ָ in tribus tertiis perſonis, quod in reliquis mutatur ſuo more in ְ .Secundo loco habet ו in eiſdem tribus perſonis, in aliis ו propter alterum ו cum holem aduentitium , vt

נָבוֹן נְבוּנוֹתָ

נְבוּנוֹתִי נָבוֹנוּ נָבוֹנָה

Participium ſimile eſt præterito, q͂d inter declinandum mutat ָ in ְ, נָבוֹן נְבוֹנִים Infinitum & imperatiuũ habent hiric ſub litera ה , ſecundũ punctum eſt holem . Literæ futuri ſimiliter

ſimiliter habent hiric,prętcr א quod habet ·: . Secundum punctum ו, vt אֶבוֹן יָבוֹן

De tertia coniugatione.

Huius tertiæ coniugationis verba, quū ſint deducta à monoſyllabis, & habeant ſecundā thematis ו non cō-ſonantem, ſed ſono carentem, quæ Daghés non recipit, geminant tertiam, loco Daghés, & dicitur בּוֹנֵן בּוֹנַנְתָּ . Hanc coniugationem quidam vocant quadratam à numero quatuor literarum, cum verè ſit cōiugatio tertia,qualis eſt פִּקֵּד :quarta enim litera nulla alia de cauſa apponitur,q̃ quod ו nō recipit daghés, quod & extra hanc coniugationem aliis verbis nonnunq̃ contingit,vt à

 נָפַל

נָפַּל dicitur נִפְלַל pro נִפַּל Ezechielis xxviii. Nec inueniũtur huius formę verba ab aliis verbis deducta, quam ab illis quorum media est ו. Litera מ participii. בכלם preterea & איתן eadẽ habent pũcta, quę in verbis tertię cõiugatiõis. Hęc verba in hac tertia coniugatione, & quarta huic respondẽte passiua, sola significatione differũt: puncta penitus habent eadem. Participium actiuum differt ab actiuopassiuo per vltimũ punctum: actiuum namque habet ‥, & actiuopassiuũ ָ, vt מְבוֹנֵן מְבוֹנָן. Coniugatione quinta per totũ præteritum ה habet ‥, & in tribus tertiis personis secundum punctum Hiric magnum ·. In reliquis ꝑsonis secundo loco - more verborũ

verborum perfectorum Hoc tamen
hic adnotandum eſt,quod ſępe loco
- ,ſecundo loco ponit hiric magnū,
& tunc loco - ſub ה ponitur ·· vel -,
vt הֲקִיצוֹתִי pſal.iii.& הֲקִימוֹתִי Gen.
xvi, מ participii habet - , quod inter
declinādū mutat in : ,vt מֵבִין מְבִינִים
מ vero actiuopaſſiui habet ו ſecūdo
loco - ,quorum neutrum mutatur,vt
מוּבָן מוּבָנִים . Hoc actiuopaſſiuo &
tota ſexta cōiugatione hęc verba nō
differunt ab illis , quorum prima eſt
י .In infinito & imperatiuo ה habet
- ,per quod differunt à pręterito, ſe-
cundum punctum ·· ſine literis בכלם
vt חָבֵן ,cū literis vero בכלם ſecūdo
loco hiric magnū, vt כְּהָבִין . Literę
futuri & hic, & in prima cōiugatio-

ne habent ֶ ,sed differunt per secundum, quod in prima erat ו ;hic vero hiric magnum. Coniugatione sexta ה habet ו, secundũ punctum ֶ ;sicut in verbis quorum prima est י. Coniugatione septima iterum geminatur vltima thematis ꝓpter daghés characteristicon huius coniugationis, quod litera ו nõ admittit dum sono caret, vt diximus in tertia coniugatione: in reliquis sequitur normã perfectorum.

Quorum vltima est א.

Verba, quorum vltima est א, frequẽter habent eam sono destitutam: hoc tamen obseruandum est, quòd huius formę verba in ĩfinito sępe assumũt ת, vt לִקְרֹאת. Sæpenumero etiam ה

ponitur

ponitur pro א & ediuerſo. In imperatiuo plurali fœminino א interdum habet ִ ,interdum caret. vbi & litera ה à ſyllaba נָה interdum abiicitur. dicimus enĩ קְרֶאנָה & קְרֶאןָ & קְרֶאןָ. Hęc verba, & verba quorum vltima eſt ה ſemper habent punctum longũ ante א & ה ꝓpterea quod has quatuor literas א ה ו י dũ ſono carent, ſicut ſuprà diximus, nullũ breue punctũ præcedit, præter ְ , quare dicimus in themate קָרָא & גָּלָה præter morem omnium aliorum. In aliis cõiugationibus, hæc verba quorũ vltima eſt א, non differunt à perfectis: habent tamen ferè ſemper in aliis coniugationibus ante א ֵ , vt à

נִקְרָא נִקְרֵאתָ נִקְרֵאתִי

Quorum vltima est ה.

Quorum est ה vltima, habent bis ָ, sicut illa quorum vltima est א inter cōiugandum, aut ה mutatur in י, aut penitus abiicitur, vt

גָּלָה גָּלִיתָ גָּלִיתִי גָּלוּ גְּלִיתֶם

Prius ָ non aliter mutatur quam in perfectis, Tertia singularis fœmin. genere mutat ה in ת, & accipit alterum ה notam fœm. generis, vt גָּלְתָה tertia pluralis abiicit ה vt גָּלוּ. In reliquis mutatur ה in י: dicimus tamen interdum in tertia plurali גָּלָיו, & in tertia singulari fœmin. generis חָסָיָה Psalm. lvii. Participium priori loco habet ו, secundo ֶ, quod mutatur in ַ quando sequitur ipsum participiū dictio monosyllaba, aut vocabulum habens

habens accentum in prima syllaba, & tunc transfertur accẽtus ab vltima in penultimã, vt וַיְהִי בֹּנֶה עִיר Gen. iiii. Genere autem fœminino secundum punctum est ֵ, vt גּוֹלָה. In plurali tam masculino, quàm fœminino abiicit ה, vt גּוֹלִים גּוֹלוֹת Actiuopassiuum mutat ה in י consonantem, vt

גָּלוּי גְּלוּיִם גְּלוּיָה גְּלוּיוֹת

Vbi litera י in numero singulari mediam quandã vocẽ habet inter iustã consonantẽ & vocalẽ: desinit enĩ syllaba in vocalẽ, i, & fit veluti diphthõgus, in qua vtraq; vocalis audit, quod nunq̃ accidit י, nisi in fine vocabuli pręcedente ָ, vel ֵ, ִי vel וֹ, vt גּוֹי דִּבְרִי & c̃. Infinitum sine literis בכלם fere semper seruat literam ה,

punc̃ta

puncta habet eadem, quę perfecta, vt גלה. cum literis vero בכלם abiicitur ה, & substituitur syllaba ות, vt בגלות כגלות. Imperatiuum seruat ה in singulari mascul. reliquis in locis reiicit ipsum, secundũ punctũ est ·· vt גְּלֵה גְּלוּ גְּלִי גְּלֶנָה vel גְּלֶינָה
Futurum fit ex Imperatiuo & literis איתן hoc tamen interest, quod ה hic in futuro habet ∵ ante se. In reliquis hæc verba sunt similia perfectis, vt אֶגְלֶה יִגְלֶה תִּגְלֶה. Quæ diximus de litera ה abiicienda, vel mutãda in ת vel י, habent etiam locum in reliquis omnibus cõiugationibus: eisdem enĩ in locis mutatur, vel abiicitur in aliis quibus in hac: In aliis tamen cõiugationibus habet sæpius י ante se ·, q̃
hiric

hiric. ם vtriusque participii. Literæ בכלם & איתן habent puncta, quæ in perfectis. Multa futura verborũ huius classis abiiciunt ה non solum ab hac prima coniugatione, sed etiam ab aliis. In prima coniugatione literæ איתן habent hiric sequẽte daghés, vt אֶגֶּל יִגֶּל תִּגֶּל נִגֶּל quæ sępius tamẽ inueniũt sine daghés cũ accẽtu iuxta lrãs איתן vt יֵבֶן תֵּבֶן נֵבֶן Quędã etiam habent sub איתן ‥, vt תֵּפֶן. Secundo loco pro ∴ interdum ponitur -. In secunda coniugatione secundum punctũ erit ‐ vt וַיֵּרָא אֵלָיו hoc est, visus est ab ipso. Vbi actiuũ loco ‐, habet ∴, vt וַתֵּרֶא הָאִשָּׁה & vidit mulier. Genesis.iii. In tertia coniugatione literę איתן habebũt :;

secundo

ſecundo loco -, vt אֱגַל יְגַל תְּגַל.
Quarta & ſexta non abiiciunt ה. In
quinta vtrúq; punctum erit ⸪, ſequéte
non ſolet ſequi daghes. daghes, vt אֶגֶּל יֶגֶּל תֶּגֶּל. In ſep-
tima cõiugatione א habet ⸪, reliquæ
hiric ſequente :, ſecundum punctum
erit -, vt אֶתְגַּל יִתְגַּל. Imperatiuú eti-
á nõnúq̃ abiicit ה, vt in tertia cõiu-
gatione dicimus גַּל. in quinta à רָבָה
dicimus הֶרֶב & in ſeptima cõiugati-
one nõnúq̃ הִתְחַל. In prima & ſecú
da cõiug. imperat. ſeruat ה. Sút hic
quatuor verba quę nuſquam abiiciút
ה, נָגַהּ גָּבַהּ כָּמַהּ תָּמַהּ quæ habent in
themate, ſecundo loco -, & notulam
quandá in litera ה pter moré aliorú
verború í ה: dicimus ergo גָּבַהּ גָּבַהְתָּ
eodem modo, quo in perfectis.

Quorum

Quorum ſecũda geminatur. Sunt Verba, quæ quidam vocant duplicia, ob geminatam ſecundam thematis literam, vt סָבַב. Hæc ſæpe occurrũt integra, ſępe etiam ſecundã abiiciunt, relicto daghés in tertia: ea enim eſt natura daghes, vt ſignificet literam ante ſe abiectam, & non poſt ſe. Toto præterito tranſfertur -, qđ eſſe debebat ſub ſecũda, ſub primã, per quod differunt hęc ab illis, quorum media eſt ו in tertia ſing. vtroq; genere & tertia plur. vbi illa habẽt ּ, hęc vero - : in reliquis vero perſonis hęc habent - ſequente daghés, in illis vero poſt - ſequitur ּ ſono carẽs vt סַב סַבּוֹתָ, קַמְתָּ vero à קָם dicimus. Participiũ etiam vbiq; habet -, vt

vt סַב סַבִּים סַבָּה סַבּוֹת . Illa vero quorum media est ו, vbiq; ־ vt supra diximus: Pauca tamen quædam inueniuntur huius formæ, quæ hic habét ־ in numero singulari: in plurali vero & genere fœminino omnia habent ־ sequente daghés, vt תָּם תַּמִּים . Participiú genere fœminino à præterito fœminino solo accétu differt, quem habet preteritum in penultima, participium in vltima. Actiuopassiuú nó differt à perfectis, nihil enī vnq̄ abiicit, vt סָבוּב סְבוּבִים Infinitum habet holem, & imperatiuum similiter. vbi inter coniugandum dum aliç literç accedunt, post holem sequitur daghés significans literá esse reiectam, quod videri possit esse con

tra naturam lõgi puncti, sed accentus circa holem ante daghés in huiusmodi verbis facit, vt liceat sequi daghés post ו, vt diximus in principio huius libelli. Literę אית״ן habent ֵ ; sicut in verbis quorum media est ו, sed differunt hæc ab illis secundo puncto, quod hic est ,illic vero ו vt אָסוב & accedente aliqua litera inter coniugandũ, post holem scribetur daghés in proxima litera, sed iuxta holem illis in locis semper erit accentus: Tertia tamen plurali genere fœminino, ת habet ֵ ; & loco ו scribitur י sequente daghés, ne cogamur illic ponere accentum in antepenultima, & in penultima ex natura illarum personarum quę semper ibi habent

bent accentum: poneretur enim bis iuſtus accẽtus continenter, dicimus itaque סְבִינָה Geneſis xxxvii. Coniugatione ſecũda litera נ habet - in tribus tertiis perſonis, quod in reliquis mutatur in :, ſecũdum punctum vt plurimum eſt -, interdum etiam ··, nõnunquam etiam ו vt נָסֵב & cũ - נָמֵס Pſal. xxii. Cum ו tantũ inuenit in numero plurali, vt נָגֹלוּ Eſaiæ xxxiiii. In reliquis perſonis poſt - ſequitur daghes, vt נְסַבּוֹת. Etiam in illis quæ habent ſecundo loco tſere, vt נֵמַסּוֹת Inueniũtur tamen pauca quædam, quæ hic in genere fœmin. non habent daghes in vltima thematis, vt נָסַבָה נִקְטָה pro נָסְבָה נִקְטָה

Partcipiũ

Participium gen. masc. habet vtroq; loco ־, interdum etiam secundo locó ¨, vt לֵב נָמֵס Naum ii. Inter declinandum prius ־ mutatur in :, secundum in ־ sequente daghés, vt
נָסַב נְסַבִּים נְסַבָּה נְסַבּוֹת
Infinitum & imperatiuum habent ִ secundo loco, interdum etiam ¨, vt הִמֵּס & הִלּוֹק, & quando aliquid additur inter coniugandum imperatiuo post ִ & ¨ sequitur daghés sed accentus semper erit iuxta longum punctum, vt הִמֵּס הִמַּסּוּ Hęc verba in infinito & imperatiuo singulari similia sunt illis, quorum media est ו In reliquis personis differunt per daghes; sicut dictum est. Futurum etiam habet secundo loco ִ, sicut illa quorũ

media est ו.Interdũ etiam - per quod differunt in ea forma ab illis quorum vltima est ה .ea enim habent- ,sicut suprà diximus, vt יִשַּׁר , & in plurali יִשְּׁרוּ .Inueniũtur pauca quędã, q̃ sub literis איתן habẽt- , vt à קָלַל , אֵקַל Gen.xvi. Sunt verba quędam huius formę habentia significationem actiuam, vt אֵכַת Deut.ix.quod quidam volunt esse primę coniugationis etiamsi א habeat .. ,& non - :videtur tamen potius verbum anomalũ, quod vocem habeat verbi passiui,significationem autẽ verbi actiui. Coniugatione tertia multa inueniuntur nihil abiicere,vt הִלֵּל הִלַּלְתָּ Plurima tamẽ simillima sunt verbis, quorũ media est ו & in hac cõiugatione &in septima,

ma, quarum vtraq; ex natura coniugationis habet daghés in litera ſecũda, quod quia media litera illorum verborum ו videlicet vocalis non recipit, loco daghés geminat tertiá literam thematis, quemadmodum ibi diximus. Hæc vero, quia ſecundam habent ex ſe geminatá, in qua ex natura coniugationis poni deberet daghes,& ita ſonus literę geminari,q^d in quibuſdam durius videtur:poneretur enim eadem litera, ſaltem poteſtate ter continenter, quare loco daghés aſſumũt ו inter primá & ſecundam thematis, & fiũt per omnia illis ſimilia, quorum media eſt ו, vt רוֹמֵם רוֹמֶמֶת ſicut בּוֹנֵן בּוֹנֶנֶת .Et in cõiugatione ſeptima הִתְרוֹמֵם, Hæc

verba quemadmodũ ſimilia ſunt cõ
iugatione, ita etiam ſignificatione,
quare רד״ק in lexico ſuo ex his mul-
ta ponit inter ea, quę habent mediã ו
& inter ea quæ geminant ſecundam
in eadem ſignificatione. Vtrumque
participiũ ſimile eſt perfectis ſæpe-
numero, ſũt tamen quædã, quæ nihil
differunt ab illis, quorum media eſt ו
vt מְבוֹנָן. Ea quæ ſuprà diximus de
ſignificatione illorum verborũ, quæ
propter daghés geminant tertiam,
quòd eádem terminatione ſint tertiæ
& quartæ cõiugationis, et quòd par-
ticipium actiuũ differt ab actiuopaſ
ſiuo per ſecundũ punctum etiam hic
locum habent, ſunt enim hæc modis
omnibus illis ſimilia. Coniugatio
quinta

quinta habet sub ה ֵ in tribus tertiis personis, & secundo loco alterum ֵ vel ָ vt הֵסַב vel הֵסֵב. In reliquis personis similia sunt illis, quorum media est ו, hoc solo dempto, quod hæc habent daghés in secunda thematis, vt הֲבִוּתִי. Iob. ix. Litera מ participii habet ֵ, secundum punctū etiam est ֵ in singulari mascul. gen. quorum vtrumque mutatur inter declinandū, prius in ְ, alterum in hiric sequente daghés, vt מֵסֵב מְסִבִּים. Illa autem quorum media est ו habent secundo loco hiric magnum, vt מֵבִין מְבִינִים Actiuopassiuum habet ו, & secūdo loco ָ, vt מוּסָב מוּסַבִּים. Infinitū habet sub ה ֻ, secundo loco ֵ, interdū etiam ַ, vt הֻסֵב vel הֻסַב. Imperati-

 num

uum ſimile eſt infinito, Inter coniu-
gandum ſecundum punctum erit ·· ,
ſequente daghés loco cuius illa quo
rum media eſt ו habent hiric magnú
vt הֲסִבּוּ cum accentu iuxta ···. Literę
אִיתָן habent ·. ſecundú punctú erit
·· ,quod mutatur ſepiſſime in ∵ ,quan
do ו mutans futurum in præteritum
illi præponitur. Idem contingit ver-
bis quorú media eſt ו, vt וַיָּסֶב & וַיָּשֶׂם
accentu vtrobiq; iuxta literas futuri.
In plurali fœminino litera ת habet :,
& in antepenultima eſt hiric paruú
loco ·· , ne cogamur bis continenter
accentum ponere videlicet in penul
tima & antepenultima, vt וַתְּחַלֶּינָה
Gen. xli. Coniugatione ſexta ה ha-
bet ו , ſecundum punctú -, vt הוּסַב.

Literæ

Literæ futuri habent interdum ו ſæpius tamen י, ſequente daghés, vt אֹסֵב vel אוּסַב. Sunt quædam verba non vno tantum modo imperfecta, vt נָטָה quod coniugatur, quantú ad primam literam נ attinet, ſicut נָגַשׁ, quantum ad vltimam ſicut גָּלָה. Idé dicendum eſt de illis, quorum prima eſt י & vltima א vel ה, & ſimilibus, per totam coniugationem, prçterq̃ in infinito & imperat., vbi hęc verba bis imperfecta nõ abiiciunt י vel נ à principio, neq̃ etiá ה à fine, præter hęc duo, יָצָא & נָשָׂא. habet enim נָשָׂא in infinito, & imperatiuo שָׂא & יָצָא in infinito צֵאת. In imperatiuo צֵא. Verbum יָרֵא in futuro ſeruat י, vt ſit differentia inter ipſum & רָאָה

 Similiter

Similiter יָרָה seruat י, & nonnunquã abiicit ה, vt אִיר *. Est vnum verbũ quod bis abiicit נ, à principio videlicet & à fine, vt נָתַן. Sunt tamen, qui dicãt, eas personas, quę à regula exorbitant, venire à themate נָתָה.

Verba quatuor literarum.

Sunt verba quatuor literarum, quę fiunt abiectione alicuius literæ, & geminatione syllabæ relictæ, vt à שָׁעָה fit שְׁעַשַׁע שְׁעַשְׁעַתּ, & à גָּלַל fit גִּלְגֵּל גִּלְגַּלְתּ. & ita de reliquis, quę ferè omnia sunt tertię cõiugationis, & loco daghés assũmũt quartam literã, pauca etiam in quarta & in septima inueniuntur, vt תְּשַׁעַשְׁעוּ Esaiæ. lxvi. & אֶשְׁתַּעֲשַׁע Psal. cxix. Duo sunt verba quatuor

literarũ

literarum,quę non fiunt huiuſmodi ſyllabæ geminatione,ſed habēt quatuor literas diuerſas, vt כִּרְבֵּל כִּרְסֵם quorũ vtrũ ꝗ etiã eſt tertiæ coniugationis. Verbum quinque literarum, quod quidem ſit Hebraicum, nõ inuenitur, præter vnum חֲמַרְמַר quod eſt quartæ cõiugationis in quo ſecũda ſyllaba geminatur, thema enim ipſius eſt, חָמַר. Inuenitur etiã יָפְיָפִיתָ à יָפָה Pſal. xlv.

De pronominibus affixis.

Sex ſunt literę,ex quibus fiũt decem pronomina, quæ à nonnullis affixa vocantur,ſeorſum enim nunq̃ ponũtur, ſed ſemper verbis, vel nominibus adhærēt. Literę ſunt ה כ נ ו י ם. Hæc pronomina tantum affiguntur verbis

verbis actiuis, & non passiuis, neq; absolutis: Significant enim illud in quod transit actio, siue id quod patitur, vt פְּקָדוֹ .i. Visitauit illum. Verba itaq; secundę coniugationis quartæ & sextæ, cum sint passiua, & septimæ, quę partim sunt passiua, partim actiua, significant enim idem agere in se, hęc, pronomina non admittũt. Quòd autem aliquando aliqua inueniuntur ex his affixis cum infinitis passiuis, ei quod dicimus obstare nõ debet. Capiuntur enim illa infinita tũc serènominaliter, vt אֶת כָּל עֻנּוֹתוֹ .i. omne affligi ipsum, siue propter varias eius afflictiones. Psal. cxxxii. Omnis tertia persona recipit decem pronomina, secunda tantum sex, prima

ma octo. Vtrumq; participiú, & infinitum admittunt decem, ſicut nomina,vt פָּקַד .i.viſitauit vir.

פְּקָדוֹ פְּקָדְךָ פְּקָדַנִי פְּקָדָם
פְּקָדְכֶם פְּקָדָנוּ פְּקָדָהּ
פְּקָדֵךְ פְּקָדָן פְּקָדְכֶן

.i. Viſitauit illum, viſitauit te virum, viſitauit me vtroq; genere, viſitauit illos, viſitauit vos viros, viſitauit nos viros,vel mulieres,viſitauit illá, viſitauit te fœminam, viſitauit illas, viſitauit vos fœminas. Toto præterito ּ ipſius פ mutatum eſt in ְ,ſecundum punctú ּ in ְ, illis in locis,quibus nó ſequitur ְ ſono carens : in alis enim locis relinqui non poteſt :ſequeretur enim neceſſariò daghés,q̃d hic locum non habet,quare dicimus

פְּקַדְתֶּם per ־, quod esse deberet פְּקַדְתֶּם si ־ non mutaretur: quod autem diximus de ־ mutãdo in ־, nõ hic solum locum habet, sed & in reliquis omnibus verbis & nominibus, ob naturã punctorum breuiũ, quę semper post se habent daghés, aut : sono destitutũ, nisi iuuentur accentu, vt in פְּקַדְנִי vbicũq; ergo hæc tria desunt, necessariò mutãtur breuia in longa, & e diuersò propter daghés & : sono carẽs mutantur lõga in breuia, propter naturam punctorum breuium, & longorum, vt in principio libelli docuimus. Secũda persona habet ꝓnomina sex: nõ enim iungit̃ pronomẽ secundę ꝑsonę verbo sec. perſ.: Sũt autẽ q̃tuor secũdę ꝑsonę, duę numero singulari

ſingulari, & duæ numero plurali, quare tantũ ſex pronomina reliqua ſunt, quæ ſecundis perſonis affigi poſſunt, vt פָּקַדְתָּ .viſitaſti vir

פְּקַדְתּוֹ פְּקַדְתַּנִי פְּקַדְתֶּם
פְּקַדְתָּנוּ פְּקַדְתָּהּ פְּקַדְתֶּן

Prima perſona admittit pronomina octo, ſunt enim tantũ duo pronomina primæ perſonæ, altera ſingularis cõmunis generis & altera plur.cõm. gen.quę verbis primæ perſonæ nuſq̃ iunguntur,vt פָּקַדְתִּי ego viſitaui.

פְּקַדְתִּיו פְּקַדְתִּיךָ פְּקַדְתִּים
פְּקַדְתִּיכֶם פְּקַדְתִּיהָ פְּקַדְתִּיךְ
פְּקַדְתִּין פְּקַדְתִּיכֶן

In his duabus perſonis ſecundũ punctum - nuſq̃ mutatur, ſequitur enim ipſum vbiq; ſono carẽs. Tertia pluralis

ralis admittit decem pronomina, vt ſuprà diximus.

פָּקְדוּ .i. Viſitauerũt vtroq; genere.

פְּקָדוּהוּ פְּקָדוּךָ פְּקָדוּנִי פְּקָדוּם
פְּקָדוּכֶם פְּקָדוּנוּ פְּקָדוּהָ
פְּקָדוּךְ פְּקָדוּן פְּקָדוּכֶן

Hic vbiq; - ponitur loco - ,ob cauſã quam paulò ante diximus.

פְּקַדְתֶּם .i. viſitaſtis viri.

פְּקַדְתּוּהוּ פְּקַדְתּוּנִי פְּקַדְתּוּם
פְּקַדְתּוּנוּ פְּקַדְתּוּהָ פְּקַדְתּוּן

Ab hac ſecũda perſona litera ם abiicitur, & eius loco ו ſubſtituitur, vt ſit nota numeri pluralis, - nuſquàm mutatur. פְּקַדְנוּ nos viſitauimus.

פְּקַדְנוּהוּ פְּקַדְנוּךָ פְּקַדְנוּם
פְּקַדְנוּכֶם פְּקַדְנוּהָ פְּקַדְנוּן
פְּקַדְנוּכֶן

Iterum

Iterum manet vbiq; -, ob causam, quam sępe diximus.

פָּקְדָה visitauit fœmina.

פְּקָדַתְהוּ פְּקָדַתְךָ פְּקָדַתְנִי

פְּקַדְתָּם פְּקַדְתְּכֶם פְּקָדַתְנוּ

פְּקָדַתָהּ פְּקָדָתֵךְ פְּקָדָתַן

פְּקָדָתְכֶן

Hic mutatur ה litera, quæ signū erat generis fœmin. in ת aspiratum, hoc enim illi perpetuum est, quoties mutatur ex ה nota fœm. generis, vt tùm careat daghés, & ediuerso ת ex alio mutatum quàm ה nota fœm. generis semper habet daghés. Secunda persona singularis, genere fœminino, eodem modo recipit pronomina, quo prima persona cōmunis generis: dicimus enim à פָּקַדְתְּ .i. tu fœmina visitasti

ſitaſti פְּקַרְתִּיו & ita de reliquis. Secũda pluralis genere fœminino recipit eodẽ modo pronomina, quo ſecunda maſculina. Vtrumq; participium & infinitum hæc admittunt eodem modo, quo nomina. In participio tamen fœminino hoc adnotandum eſt quòd pronomina illic affigũtur participio in ת & non ה deſinenti: Habet enim ת ſemper daghés, quoties affiguntur pronomina, quod eſſe nõ poſſet ſi cõmutatum eſſet ex ה, quare dicimus à

פּוֹקֶרֶת פּוֹקַרְתּוֹ פּוֹקַרְתְּךָ

aut פּוֹקַרְתֶּךָ in loco iuſtę alicuius diſtinctionis: Ibi enim ſemper litera præcedens כ pronomen, habebit ∵.

De imperatiuo.

Imperatiuũ

Imperatiuum aliam perſonam non habet, quàm ſecundam: quare admittit tantum ſex pronomina. Diximus ſuprà ſecundum punctum in imperatiuis ſæpe eſſe holem, nonnũquàm etiam ◌ֻ. Ea quæ habent ו ſecundo loco, dum affiguntur pronomina, habent ſub prima ◌ֳ, quemadmodum fieri diximus, quando adiicitur imperatiuis litera ה, vt à זְכוֹר fit זָכְרָה eodem modo dicimus,

פָּקְדֵהוּ פָּקְדֵנִי פָּקְדֵם
פָּקְדֵנוּ פָּקְדָהּ פָּקְדֵן

Ea verò quę ſecundo loco habent ◌ְ, cum pronominibus habebũt ſub prima ◌ִ, Et ſi fuerit ſecunda, vel tertia, ח vel ע, ſecundum punctum erit ◌ַ, vt מִשְׁחֵהוּ Prim. Regum xvi. ſic סְעָדֵנִי

Psal. cxix. In plurali verba imperatiui modi rarissimè assumũt pronomina affixa, vtimur enim loco illorũ pnominibus separatis, vt פִּקְדוּ אוֹתוֹ Licet tamen analogiam sequendo dicere hoc modo פִּקְדוּהוּ פִּקְדוּנִי & sic de aliis, vel פַּקְדוּהוּ פַּקְדוּנִי & ita de reliquis. Eodem modo genere fœmini no numero singulari, à פִּקְדִי, פִּקְדִיהוּ vel פַּקְדִיהוּ genere fœminino mutatur syllaba נָה in וּ quando illi prono mẽ affigitur, quod interim rarissimè contingit. Infinitum more nominũ admittit decem pronomina. Et quoties secundum punctum est holem, cum pronominibus sub prima litera scribetur ..., sicut in imperatiuo, si secundum fuerit -, cũ pronominibus

prima

prima habebit hiric, vt בִּבְגְדוֹ Exod. xxi. Dicimus itaq; פָּקְדוֹ פָּקְדֵנִי &c.

Futurum.

אֶפְקְדוֹ	אֶפְקְדֵךְ	אֶפְקְדֵם
אֶפְקָדְכֶם	אֶפְקְדֵהּ	אֶפְקְדֵךְ
אֶפְקְדֵן	אֶפְקָדְכֶן	

Dicimus etiam אֶפְקְדֶנּוּ Est enim hęc syllaba נּוּ pronomen tertiæ personæ singularis numeri, quoties litera נ habet daghés, cum alioqui sine daghés sit nota primę personę pluralis. Idé dicendum est de הוּ. Vbi ה litera præponitur ipsi ו fit pronomen tertiæ personæ singularis numeri, vt אֶפְקְדֵהוּ, ם quoque pronomen pluralis numeri masculini generis sæpe assumit ו, vt אֶפְקְדֵמוֹ. Ante ה etiam notam fœminini generis sæpe poni-

 tur

tur נ cũ daghés, idemq; significatur vt אֶפְקְדֶנָּה. Eodẽ modo à יִפְקוֹד dicimus יִפְקְדֶנִּי יִפְקְדוֹ יִפְקְדֶךָ. Item à נִפְקוֹד & תִּפְקוֹד dicimus נִפְקְדוֹ & תִּפְקְדוֹ, Sic in numero plurali, יִפְקְדוּךָ יִפְקְדוּנִי, & ita de reliquis. Si media, vel vltima fuerit ח vel ע, secundum punctum erit ּ, sicut in imperatiuo diximus, vt יִסְחָבוּן Sic etiã dicimus יִפְגְּעוּנוּ Exod. v. Secunda & tertia pluralis genere fœminino abiiciunt syllabam נָה, pro qua substituitur litera ו nota numeri pluralis, & recipit hæc pronomina eodem modo, quo תִּפְקְדוּ vt תַּחְשְׁבוּנִי Iob. xix. & paucissima ei similia: Sępius enim vtimur pronominibns nõ affixis, vt

תִּפְקוֹדְנָה אוֹתִי

de nomi-

DE NOMINIBVS.

Nomina Hebraica aut ſunt generis maſculini, vt דָּבָר aut generis fœminini vt תּוֹרָה Maſculina fiunt pluralia acceſſione יִם, vt ex דָּבָר fit דְּבָרִים Litera tamen י interdum non ſcribitur, vt תַּנִּנִם. Fœminina abiiciunt ה loco cuius accipiűt וֹת vt תּוֹרָה תּוֹרוֹת ו tamen non ſemper aſſcribitur, vt כִּבְשֹׂת הַצֹּאן Gen.xxi. Quatuor ſűt cauſę mutãdi pűcta, regimen; mutatio numeri mutatio gene. & affixio ꝑ nominű. Puncta mutabilia ſűt q̃tuor ָ, ֵ, ֶ, וֹ, & ְ, quod tamen de numero punctorű non eſt. Omne nomẽ ꝑfectű cuius primű punctű eſt ָ, mutat illud in ְ, quæcunq; fuerit cauſa mutandi, & qualecunq; fuerit ſecundum

punctum, vt de דָּבָר dicimus, דְּבָרוֹ דְּבָרִים Præterquàm in numero plurali, quando abiicitur ם propter constructionem, ibi enim mutatur in hiric, cuius causam postea dicemus, vt דִּבְרֵי יְהוָה. Idem fit accedentibus quibusdã pronominibus affixis nomini pluralis numeri, vt דִּבְרֵיהֶם Eodem modo mutátur nomina, quæ habét primum punctũ ּ, si secundũ punctum fuerit ָ, alias non, vt à לֵבָב לְבָבִים. Si secundum punctum non fuerit ָ, ּ non mutatur, vt אֵפוֹר אֵפוֹרִין. Secundm punctum in huiusmodi nominibus non mutatur nisi sit ָ, vel ֵ, quę mutantur in constructione in ַ, vt דְּבַר יהוה. Illis locis, quibus propter : sono carens. ָ & ָ, cum

-, cum ſint puncta longa, poni non poſſũt, vt, in plurali dum cadit ם ob conſtructionẽ, mutãtur in :, vt דִּבְרֵי Idem fit cum quibuſdã pronominibus, vt ſuo loco indicabimus. Nomina quę & primo, & ſecũdo loco habẽt ∵ ſunt plurima numero. Et habẽt omnia accentum in penultima: hæc propter regimen numero ſingulari nihil mutant, vt חֶסֶד אֵל. Quando verò affigitur illis pronomen ſingularis numeri, vt plurimum mutatur prius ∵ in hiric, & ſecundum in :, vt בִּגְדוֹ. Nonunq̃ etiam in -. maximè autẽ in illis, quorũ prima eſt aliq̃ ex gutturalibus, vt חַסְדוֹ dicimus etiam מַלְכּוֹ רַגְלוֹ. i reliquis, hoc eſt numero plur. & cũ affixione ꝑnominũ, & ꝑ

 pter

pter constructionem numero plurali mutantur sicut illa, quæ habent duplex ָ vel ֵ & ָ vt בְּגָדִים בִּגְדֵי בְּגָדָיו. Sunt quædam ex illis quæ ֶ prius nõ mutant, etiamsi affigatur pronomen affixum, vt חֶלְקוֹ. Nec in plurali, quando ם propter constructioné abiicitur, vt חֶלְקֵי, quod quidam putãt deduci à חֵלֶק, mutariq́ ֶ in ִ, quamuis secundum punctũ non sit ָ quod & in multis aliis fit. Quæ primo loco indifferenter habent ֵ, vel ֶ, vel semper ֵ, videntur esse eiusdem formæ: habẽt enim omnia accentum in penultima. Sunt pauca quę primo loco habent ֶ, quod nusquàm mutant, vt נַחַל נְחָלִים quæ sequi vidẽtur normam eorum, quæ habent in secunda

daghes

daghés, quòd enim huius formæ nõ ſint,conſtat ex accẽtu,quẽ habent in vltima,quũ hęc oĩa habeãt in penul. Si vltima litera horũ nominũ, q̃ bis habẽt ֶ fuerit ח vel ע mutat̃ ſecundũ ֶ in ַ & ſi ſecunda fuerit altera illarũ duarum mutatur vtrumq; in ַ, non variato accentu,vt נַעַר צֶמַח .Nomina perfecta, quorum prius punctum eſt ֹ, mutant illud in ָ breue ſi ſecundum punctum ſit ֶ, & non alias vt ab אֹזֶן dicimus אָזְנוֹ, In ſingulari tamen ob conſtructionem nihil mutant: dicimus enim אֹזֶן אַהֲרֹן. Quod paulò ante diximus ֶ mutari in ַ, ꝓpter ע vel ח literam vltimam nominis,etiam hic locũ habet. Et eodem modo mutatur ֹ ,ac ſi ֶ non eſſet mutatum

tatum, vt ab אֹרח dicimus אָרְחוֹ:
Si vero media fuerit א ה ח vel ע prima habebit ֶ & secunda ֱ, vt
אֹהֶל אָהֳלוֹ. Pauca sunt, quæ habent priori loco ו, nec illud mutant, vt
עוּגָב. Est vnum cum ֵ, vt אָמֵן.
Sunt ergo tantū tria puncta reliqua, hiric, ֻ, ֹ, quę non mutantur, quum sint puncta breuia, & habeant post se daghés vel : sono carés, quemadmodum & in verbis sæpe diximus, vt
אַבִּיר אַבִּירִים. Quod tamen interdū inuenitur sine daghés, cum ַ sub א, quod mutatur in :, sicut in aliis, quæ primo loco habent ַ. Est enim tum alterius formę, quod & in multis aliis contingit: Dicimus enim אֲבוּס, quod nihil mutat, et אָבוּס, à quo dicimus

cimus, אֲבוּסֶיךָ. Nomina quę sub prima litera habent ׃ illud non mutant nisi in numero plurali excidente ם vt à כְּתַב , כְּתָבֵי , cuius causá postea dicemus. Nominibus illa eadem affiguntur decem pronomina, quæ verbis adiecimus, vt ipsi דָּבָר

דְּבָרוֹ	דְּבָרְךָ	דְּבָרִי	דְּבָרָם
דְּבַרְכֶם	דְּבָרֵנוּ	דְּבָרָהּ	
דְּבָרֵךְ	דְּבָרָן	דְּבַרְכֶן	

Hic vbiq; prius ּ mutatur in ַ ּ secundum non mutatur, nisi dum affigitur pronomē כֶם vel כֶן, vt דְּבַרְכֶם Numero plurali ipsi דְּבָרִים eadem affiguntur pronomina, hoc pacto.

דְּבָרָיו	דְּבָרֶיךָ	דְּבָרַי	דִּבְרֵיהֶם
דִּבְרֵיכֶם	דְּבָרֵינוּ	דְּבָרֶיהָ	
דְּבָרַיִךְ	דִּבְרֵיהֶן	דִּבְרֵיכֶן	

Iterum

Iterum hic mutatur prius ׃ in ׃, quā-do nō affigitur vllū ex his quatuor pronominibus כֶם כֶן הֶם הֶן : Tunc enim loco ׃ sub prima litera ponitur hiric alioqui bis poneretur ׃ in principio vocabuli, quod fieri nō potest: Secunda enim litera suum punctum mutat in ׃ cū his quatuor pronominibus, propter multitudinē syllabarum, & accentum, qui semper est in illis pronominibus. Si ergo prius ׃ mutaretē in ׃, dicendū esset דְבְרֵיהֶם, quod nulla ratione fieri potest. Idem fit dum ם nota numeri pluralis abiicitur ob constructionē, vt דִּבְרֵי יהוה Neq; hoc quod dicimus, hic solū locū habet, sed vbicunq; iuxta regulas gram. bis ī prīcipio poneretur ׃ . ibi

loco

loco alterius,& ſæpe loco vtriuſque ponitur hiric,vt dicimus וִיהוּדָה pro וִיְהוּדָה .Ea tamẽ quę in numero plurali ſunt dyſſillaba quia ſecũdo loco litera ם excidente,habent neceſſario ‥ , ſub prima litera habent : & non hiric,vt à שָׁנִים dicimus שְׁנֵי in conſtructione .

De fœmininis.

Nomina fœminina ferè deſinunt in ה ,ſic tamen , vt ſub litera quæ ה antecedit ſit ־ ,& accentus in vltima, ſi alterum horum defuerit,nõ erit ה generis fœminini,ſed aut thematis, aut alia de cauſa adiecta , vt צְדָקָה .Ob conſtructionẽ mutatur ה in ת , præcedente - ,vt צִדְקַת יהוה ,& cũ pronomine,vt צִדְקָתוֹ . Secundum punctum

ctum tunc tantum mutatur, quando nomina sunt eius formæ, cuius est צְדָקָה, tunc prius ּ mutatur in :, &: quod est sub prima litera in hiric, ne bis continenter ponatur: in principio vocabuli: hęc enī חָכְמַת & גְּלֻלַּת & alia cuiussuis formæ nihil omnino mutant. dicimus enim גֻּלָּתוֹ חָכְמָתוֹ, Vbi loco - ante ת necessariò ponitur ּ, ne cogamur ponere daghés in ת, quod nunquàm recipit, dum mutatur ex ה nota fœminini generis. Nomina quæ habent literam ה partem thematis, eam non mutát in ת; sed abiiciunt aduentantibus pronominibus, vt מִקְנֶה à verbo קָנָה cum pronominibus מִקְנְךָ. Diximus suprà quum de verbis loqueremur, quod

quòd participia fœminina desinunt in ה & in ת, vt פּוֹקְדָה פּוֹקֶדֶת: Sępius tamen in ת, quàm in ה. Contrarium euenit in nominibus: Desinunt enim vt plurimum in ה, raro autem in ת. Que tamē habent ת, ante ipsũ semper habent ֶ, & sæpe etiam bis ֶ continenter, vt עֲטֶרֶת. Interdum in penultima habent ו, vt קְטֹרֶת. Hæc vsq; ad ,holem & ֶ nihil mutant, etiam si eis præponatur מ vel ת, ו mutat suo more in ָ, ֶ in ְ, vt קְטָרְתוֹ. Ea vero quę habēt duplex ֶ, mutant prius in ַ, vt תִּפְאַרְתּוֹ. In plurali hęc nomina fœminina quoties recipiunt pronomina ponitur י inter ת notam numeri pluralis, & ipsum pronomen, vt צִדְקוֹתֶיךָ. Tertię tamen personæ

ſonæ pluralis vtroq; genere interdũ pronomen eſt הֵן vel הֵם præcedente י, vt מִשְׁפְּחוֹתֵיהֶם. Interdum ſolam literam ם, vel ן, & ſine י, vt מִשְׁפְּחוֹתָם.

De literis האמנתי.

Sex ſunt literæ, per quas fiunt deriuationes nominum à verbis, vt ה א מ נ ת י, quæ nullis aliis adhibentur nominibus, quàm verbalibus. Litera ה tantũ vni nomini perfecto pręponitur, vt הַשְׁמָעוּת. Ezechi. xxiiii. Ab imperfectis vero verbis multa deriuantur nomina per ה literam præpoſitã, vt ſuo loco dicemus. In fine triplex inuenitur ה: aut enĩ eſt nota fœminini generis, vt in צְדָקָה: aut eſt pars thematis, vt in מִקְנֶה q^d^ fere

ferê ſemper habet ante ſe ְ ,aut ה per quod deriuatur nomen à verbo, vt נַחֲלָה .
א præponitur verbo cum ֶ , vt אֶשְׁכּוֹל אֶשְׁכַּב Nonnunquã tamen א habet ַ - אַבְנֵט .Interdum inuenitur א loco ה in fine,vt מַטָּרָא pro מַטָּרָה .
Litera מ plerumque habet hiric, vt מִקְדָּשׁ מִזְמוֹר .Nonnunq̃ ַ vt מַדְבָּר .
Hæc ſepius recipiunt daghés in litera vltima, quando mutatur numerus,aut quando affigitur pronomen, vt מַדְבָּרִים , quod & aliquando contingit illis, quæ ſub מ habent hiric, quæ numero ſingulari ſecundũ pnn ctum habent ְ - . Quę autem habent ו vel ִ ,nunquàm admittunt daghés.
Sunt nomina quæ vltra מ præpoſitã

assumunt ad finē etiam ה,vt מֶמְשָׁלָה
In constructione מֶמְשֶׁלֶת. Inueniuntur pauca quædam extra constructionem habere ת,vt מִסְגֶּרֶת.
Litera נ raro præponitur,nisi in nominibus propriis,vt נִמְרוֹד:Ad finē verò sæpissimè apponitur. Et tunc prima litera nominis vt plurimū habet hiric,vt זִכְרוֹן.Nonnunquàm ְ, vt שֻׁלְחָן:Raro vero ָ breue,vt קָרְבָּן
Et sūt oīa ferè fœminina,vt שֻׁלְחָנוֹת
Quædam etiam huius formæ post נ habent daghés loco ְ,vt זִכָּרוֹן,quod etiam sine daghés legitur, זִכְרוֹן.
Nonnunq̄ post hiric sequitur vtrūq;,daghés videlicet & ְ,vt קִלְשׁוֹן.
Litera ת ferê semper præponitur cū puncto ַ,secundum punctum sępenumero

numero est ו vt תַּמְרוּק. Inueniuntur cum hiric magno, vt תַּלְמִיד. & quędam cum ֵ, vt תַּשְׁבֵּץ. ת interdum habet hiric, vt תִּדְהָר. Sunt quæ habent ת in principio, & in fine, vt תִּפְאֶרֶת. Inuenitur aliquoties & ת in fine tantum, vt גַּבְהוּת. In hac forma quædam habent sub prima litera ְ, vt יְדִידוּת, quæ in numero plurali assumunt י consonantem, vt à מַלְכוּת מַלְכִיּוֹת. Quædam habent ante ת literam Iod, י, vt חֲמִישִׁית. Litera י raro præponitur aliis, quàm nominibus propriis, vt יִצְחָק: Inueni tur tamen יַלְקוּט. Hæ sex literæ, dum fiunt per eas deriuationes nominum à verbis, habent sub se hiric, vel ַ, interdum etiam ֶ & semper se-

quitur: ſono carens.

De formatione nominũ à verbis imperfectis, eo ordine, quo de ipſis verbis imperfectis loquuti ſumus.

Nomina quæ deducuntur à verbis, quorum prima eſt נ, habent מ literá cum -, ſequente daghés, loco נ thematis, vt à נָטַע מַטַּע. Idem dicendũ eſt de illis quorum prima eſt י, & ſecunda צ: Illa enim cum reiiciunt י, ſequuntur normam verborum, quorum prima eſt נ: Dicimus itaque à יָצַב מַצֵּבָה. Similiter à verbis, quorũ prima eſt נ, & vltima ה, fiunt nomina præpoſitione מ cum -, vt נָכָה fit מַכָּה. Vbi ה eſt ſignum fœminini generis, & non pars thematis: Haberet enim

enim ֵ, ſi pars thematis eſſet. Inueniuntur duo nomina,quę habent ה, vbi alia habent ם, vt הַצָּלָה הַנָּרָה. Duo item ſunt quæ neq; habent ם, neque ה, ſed י inter vltimam & penultimam verbi, litera נ reiecta, vt שִׁיג, שִׁיא.

Quorum prima eſt א vel י.

Nomina,quę fiunt à verbis,quorum prima eſt א, fiunt ſicut ea,quæ deriuātur à perfectis, vt ab אָכַל fit מַאֲכָל nihil abiiciendo.

Verba quorum prima eſt י, formant nomina per מ vel ת literá præpoſitam mutando י in ו, vt מוֹשָׁב: Quod ſecundo loco habēt ָ, nec illud mutāt: Dicimus enim in plurali מוֹשָׁבִים Quædam etiam habent ֵ, vt מוֹקֵשׁ,

 quod

Iterum hic mutatur prius ֿ in :, quã-do nõ affigitur vllũ ex his quatuor pronominibus כֶם כֶן הֶם הֶן : Tunc enim loco : sub prima litera ponitur hiric alioqui bis poneretur : in principio vocabuli, quod fieri nõ potest: Secunda enim litera suum punctum mutat in : cũ his quatuor pronominibus, propter multitudinẽ syllabarum, & accentum, qui semper est in illis pronominibus. Si ergo prius ֿ mutaretᷓ in :, dicendũ esset דְבְרֵיהֶם, quod nulla ratione fieri potest. Idem fit dum ם nota numeri pluralis abiicitur ob constructionẽ, vt דִּבְרֵי יהוה Neq; hoc quod dicimus, hic solũ locũ habet, sed vbicunq; iuxta regulas gram. bis ĩ prĩcipio poneretur : ibi loco

loco alterius, & sæpe loco vtriusque ponitur hiric, vt dicimus וִיהוּדָה pro וִיְהוּדָה. Ea tamẽ quę in numero plurali sunt dyssillaba quia secũdo loco litera ם excidente, habent necessario ־ , sub prima litera habent: & non hiric, vt à שָׁנִים dicimus שְׁנֵי in constructione.

De fœmininis.

Nomina fœminina ferè desinunt in ה, sic tamen, vt sub litera quæ ה antecedit sit ָ, & accentus in vltima, si alterum horum defuerit, nõ erit ה generis fœminini, sed aut thematis, aut alia de causa adiecta, vt צְדָקָה. Ob constructionẽ mutatur ה in ת, præcedente ַ, vt צִדְקַת יהוה, & cũ pronomine, vt צִדְקָתוֹ. Secundum punctum

